



Forum Beneficiale, Sive Quæstiones & Responsa Canonica

Materiam De Beneficiis Universam Ex Beneficialistarum tam antiquorum,
quàm recentiorum placitis complectentia. Opus methodo novâ, & clarâ in
tres digestum Partes ... accuratè, ac copiosè instructae

De Vacatione, Amissione, Et Extinctione Beneficiarvm ...

Leuren, Peter

Coloniæ Agrippinæ, 1704

791. Quandonam, fieri possit, aut debeat dicta publicatio?

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74494](#)

De resignationis publicatione.

385

Quæstio 789. An fieri possit hac publicatio ante expeditionem literarum Apostolicarum?

Respondeo negativè: Siquidem ex dispositio-
ne Constitut. Gregor., ut constat ex ejus proce-
mio, publicatio facienda cum illis ipsis literis, si-
ne in publicatione resignationis exhibantur sunt
dictæ literæ Apostolicae ipsius resignationis, aut
ejus transumptum authenticum. Ventrigl. loc. cit.
n. 77. Paris. l. xi. q. 6. n. 28. & 32. Neque fieri po-
test publicatio cum supplicatione solum registrata,
cum ea contineat tantum commissionem resignationis,
non autem tempore conseclusum resignantis,
sine quo resignatione est imperfecta; Constitutio
autem mandans publicare resignationes de perfe-
ctis intelligenda, ne alias aperiatur via fraudibus,
Paris. n. q. 6. n. 30. & 31. Porro qualiter in publi-
catione producenda haec literæ, dicetur postea.

Quæstio 790. An fieri possit publicatio
hac post captam in vim dictarum literarum
possessionem?

Respondeo negativè: Dicente dicta Constitu-
tione, quod intra dictum tempus gratiam ha-
bens, possessionem beneficii etiam litigiosi, &
à cedente non possestis vigore literarum Apostoli-
carum desuper confessarum, nec alias apprehen-
dere debeat. Ventrigl. loc. cit. n. 71, qui etiam n. 61,
sic habet: notandum tertio, quod intra dictum
tempus Resignatarius possessionem apprehendere
possit (nota bene, videtur hic error, & omis-
sum non, seu legendum esse; apprehendere non possit;
propter sequentia) vigore literarum Apostolica-
rum; sed facta publicatione petere debet ab Execu-
torio carum literarum, præsentatis illi iisdem
literis, cum testimonio seu instrumento publicationis
facta, se in possessionem immitti; nihilominus
cit. n. 71. Idem Ventrigl. addit, hoc in pra-
xi nou servari; cum videamus quotidie post pos-
sessions fieri hujusmodi publications, & aliter
inter suos non reperiri servatum. Dicit etiam Par-
is. l. xi. q. 6. n. 125. posse constitui Procuratorem
ad publicandum, qui post apprehensam posses-
sionem id exequatur.

Quæstio 791. Quandonam, seu quo tempo-
re fieri possit, aut debeat publicatio?

Respondeo primò: Fieri debere hanc publi-
cationem diebus non nisi festis & solenni-
bus, sententiam esse communem, & receptam de
stylo, dicit Paris. cit. q. 6. n. 26. probabilem dicit
Ventrigl. loc. cit. n. 68. Pro hac sententia haec sunt
rationes; quod cum Constitut. Gregor, id ex-
pressè non dicat, credendum sit, eam remittere
se ad id, quod alias de hoc dispositum, quod au-
tem ante hanc Bullam haec publicatio fieri debue-
rit die festo, aut Dominico, testatur Rebuff. in pr.
ad reg. de public. gl. 10. n. 6. ut Ventrigl. loc. cit. Item
quod Constitut. Gregor. dicat, faciendam inter
missarum solennia, solennitas autem propriè veri-
ficerit in festo. Ventrigl. ibid. ac denique, ut idem,
quod communiter sic intelligatur, ac servetur.

2. Verumtamen posse hanc publicationem fie-
ri quolibet die, sive festo, sive non festo, ubi fre-
quentis populus ad missarum solennia convenit, do-
cet absolutè Barbol. Juris Eccles. l. 3. c. 15. nn. 195.
tenet quoque Ventrigl. loc. cit. quin & ipse Paris.

P. Leuren, Fori Benef. Tom. III,

Kk

oblit-

n. 26. ubi postquam contrariam sententiam stabi-
livillet tanquam communem, subjungit: Si autem
constabit, multitudinem populi ad divina audienda con-
venisse, etiam diebus non festis, publicatio facta tunc.
Valebit; quis satius verbis Constat. & ratione.

3. Respondeo secundò: Tameris de certero actio
nocturna non caret suspicione fraudis juxta illud:
qui male agit, odit lucem: & vel hinc damneret à Re-
buff. in pr. loc. cit. n. 9. Publicatio hæc facta de nocte;
posse tamen eam fieri de nocte, ubi abest dicta
suspicio, & adebet quod requirit Constitutio Gre-
gor. nempe frequentia populi, tradit Ventrigl. loc.
cit. n. 70. Idque eo magis procederet, si fieret in-
ter missarum solennia in nocte Nativitatis Do-
mini.

4. Respondeo tertio: Posse quoque eam fieri
post prandium, si tunc celebrentur officia divina
solenniter cum frequentia populi, vel cum tali
frequentia prædicetur; eo quod tunc satisfat ra-
tionibus Constitutionis, eti non omnino verbis,
quibus dicitur facienda inter missarum solennia,
tradit Paris. cit. q. 6. n. 24. quamvis addat, ad vi-
tandas lites tutius esse, ut fiat inter missarum so-
lennia.

Quæstio 792. In quo loco facienda publi-
catio?

1. Respondeo primò in genere: Publicatio hæc
facienda est in loco beneficii resignati, idque,
sive resignans sit in Curia, sive extra; sive resigna-
tio facta coram Papa, sive coram Ordinario, Pa-
ris. l. xi. q. 6. n. 2. citans Rebuff. in pr. loc. cit. gl. 9.
Card. Paris. cons. 39. vol. 4. ac dicens, esse commu-
nem omnium sententiam, quæ constet tam ex
Regula Cancellariae de publ. quam Constitutione
Pii V. & Gregor. XIII.

2. Respondeo secundò magis in specie: Non
in quoconque loco beneficii facienda publicatio
hæc, sed in Ecclesia ipsius beneficii, & quidem, si
beneficium situm est in ipsa Cathedrali, sufficit
ibi fieri publicationem; si vero situm est extra
Cathedralem, publicatio ejus adhuc facienda est
in Cathedrali, & simul in Ecclesia ipsius beneficii,
vel in pluribus Ecclesiis illius, si in pluribus situm,
seu plures Ecclesiæ principales haber. Azor p. 2.
l. 7. q. 24. q. 8. Paris. loc. cit. num. 7. & 9. Ca-
strop. de benef. d. 6. p. 2. §. 6. num. 11. Ventrigl.
loc. cit. n. 60. juxta expressa verba Constitutionis
Gregorii. Idque intelligendum, dum beneficium
curam animarum habet, vel perpetuum Beneficiarii
residentiam seu præsentiam postulat. Paris.
Azor l. cit. si enim, ut inquit Constitut. Gregor.
Rurale est, & populo Conventuque caret, publi-
catio fieri debet in Parochiali, intra cuius limites
beneficium consistit, & in Cathedrali. Ad illud
vero, an si Ecclesia beneficii Conventum haberet,
v. g. sit Regularis, & non habeat curam animarum,
sufficiat ibi, & in Cathedrali, non vero etiam
in Parochiali viciniore fieri publicationem, re-
spondet Paris. cit. q. 6. n. 11. affirmativè, sive suffi-
cienter alterutrum, nempe, si Ecclesia vel populum
habeat, seu sit Parochialis, vel Conventum ha-
beat, v. g. sit Abbatialis, quamvis addat, seipsum
ad tollendos scrupulos, majorēisque securitatem,
datum sibi in commendam Monasterium quod-
dam curasse fieri publicationem, & in Ecclesia Ab-
batia illius Monasterii habente Conventum, sine
Cura tamen animarum, & in Cathedrali, & in vi-
ciniore Parochia, et si ex sententia doctissimorum